

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Philippica I

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. TVLLII CICERONIS  
 IN M. ANTONIVM  
 PHILIPPICARVM  
 LIBER PRIMVS,  
 SEU  
 PHILIPPICA PRIMA.  
 ORATIO QVADRAGESIMA TERTIA.



**N**TEQUAM de republica, patres con-  
 scripsi, dicam ea, quæ dicenda hoc tem-  
 pore arbitror, exponam vobis breviter  
 consilium & profectiois, & rever-  
 sionis meæ. Ego, cum sperarem aliquan-  
 do ad vestrum consilium, auctoritatem  
 que temp. esse revocatam, manendum  
 mihi statureram, quasi in vigilia quada[m] consulari, ac sena-  
 toria. nec verò usquam discedebam. nec à rep. deieci-  
 ebam oculos. ex eo die, quo in ædem Telluris convocati sumus. in  
 quo templo, quantum in me fuit, jeci fundamenta pacis:  
 Atheniensiumque renovavi vetus exemplum: Græcum  
 etiam verbum usurpavi, quo tum in sedandis discordiis  
 erat usa civitas illa: atque omnem memoriam discordiarum  
 oblivione sempiterna delendam censui. Præclara tum oratio  
 M. Antonii: egregia etiam voluntas: pax denique per eum,  
 & per liberos ejus cum præstantissimis civibus confirmata  
 est. Atque his principiis reliqua consuebant. ad delibe-  
 rationes eas, quas habebat domi de rep. principes civitatis  
 adhibebat: ad hunc ordinem res optimas & deserebat:  
 summa cum dignitate, & constantia ad ea, quæ quaesita  
 erant, respondebat: nihil tum, nisi quod erat notum omni-  
 bus. in C. Cæsaris commentariis reperiebatur. numqui exsules  
 restituti? unum aiebat, præterea neminem. num immuni-  
 tates datae? nullæ, respondebat. Assentiri etiam nos Ser.  
 Sulpicio, clarissimo viro, voluit, nequa tabula post idus  
 Martias ullius decreti Cæsaris, aut beneficii figeretur. Multa  
 præterea, eaque præclara. ad singulare enim M. Antonii  
 factum festinat oratio. Dictaturam, quæ vim jam regia  
 potestatis obfederat, funditus ex republ. sustulit, de qua ne  
 sententias quidem diximus. scriptum senatusconsultum,  
 quod fieri vellet, attulit. quo recitato, auctoritatem ejus  
 summo studio secuti sumus, eique amplissimis verbis per

senatusconsultum gratias egimus. Lux quædam videbatur  
 oblata, non modo regno, quod pertuleramus: sed etiam  
 regni timore sublato: magnumque pignus ab eo rei publicæ  
 datum, se liberam civitatem esse velle. cum *dictatoris* nomen,  
 quod sæpe justum fuisset, propter perpetuam dictaturæ re-  
 centem memoriam, funditus ex republica sustulisset. Li-  
 beratus cædis periculo paucis post diebus senatus, unicus  
 impactus est fugitivo illi, 3 qui in C. Marii nomen invase-  
 rat. atque hæc omnia communiter cum collega. alia pond  
 propria Dolabella: quæ, nisi collega abfuisset: credo cir  
 fuisset futura communia. Nam, cum serperet in urbe in-  
 nitum malum, idque manaret in dies latius: iidemque bu-  
 stum in foro facerent, 4 qui illam insepultam sepulchrum  
 refecerant: & quotidie magis, magisque perditii homines,  
 cum sui similibus servis, rectis, ac templis urbis minarentur:  
 talis animadversio fuit Dolabella: cum in audacis,  
 sceleratosque servos, tum in impuros, & nefarios liberos:  
 talis quoque everio illius exstera columnæ, ut mirum mihi  
 videatur, tam valde reliquum tempus ab illo anno die *disen-*  
*sisse.* Ecce enim Kalendis Junii, quibus ut ad selem edi-  
 xerat: mutata omnia: nihil per senatum, 5 multa & magna  
 per populam, & absente populo, & invito. consules desi-  
 gnati se audere negabant in senatum venire: patris libera-  
 tores 6 urbe carebant ea, cujus à cervicibus jugum servile  
 dejecerat: quos tamen ipsi consules & in concionibus, &  
 in omni sermone laudabant. 7 Veterani, qui appellantur,  
 quibus hic ordo diligentissime caveat. non ad conservatio-  
 nem earum rerum, quæ habebant, sed ad spem novarum  
 prædarum incitabantur. Quæ cum audire mallem, quàm vi-  
 dere, haberemque jus legationis liberum, ea mente discessi,  
 ut ad selem Kalendis Januariis, quod initium senatus co-  
 gendi fore videbatur. Exposui. P. C. profectiois consilium: 7  
 nunc reversiois, quæ plus admirationis habet, breviter  
 exponam.

1. *R. Ennotariæ veteris exemplum.* Ita Pall. nostri doo. ii enim soli erant  
 ad manum. alii aliquot edd. *revertari*, quod respondendum vel idco,  
 quod proxime præcessit, *converteat*.

2. *Deserebat: summa cum dignitate.* Ita hunc ordinem verborum ser-  
 vant Pall. & vetustè cust. in præ Lambinus, qui Hier. Ferrar. o assensus  
 mutavit. nihil enim horridius transpositione illa periodi istius, dum-  
 modo quis propius attendat.

3. *Qui in C. Marii nomen invaserat.* Sic Pall. sic olim editi. at Gulielm. si-  
 de Liliensis omittit præpositionem.

4. *Qui illam insepultam sepulchrum refecerant.* Ita Liliensis codex, me-  
 ius omnino vulgato, *refecerant*. in lauratum enim fuit Cæsari. est au-

tem heic imitatio Græcorum, *πύλῳ ἀνάσσει*, quod existat apud  
 Heripidem Phœnisiæ.

5. *Multa & magna per populam & absente populo.* Sic Pal. sec. S. Vi. &  
 Ferrar. m. s. omnes vulgat. *per ipsum & abs.*

6. *Urbe carebant ea, &c.* Mauritanus omittit *ea*, quod per place  
 Gulielm.

7. *Veterani qui appellantur.* Ita Gulielm. e suis legebat. non malè. ad-  
 di tamen olim & Pall. nostri nihil distantiunt à vulgato prius *appella-*  
*bantur* propterea in præ.

apponam. Cum Brundisium, iterque illud, quod tritum in Græciam est, non sine causa vitavissim, Kalendis Sextilibus veni Syraculas, quod ab urbe ea transmissio in Græciam laudabatur, quæ tamen urbs mihi conjunctissima, plus una me nocte cupiens retinere, non potuit, veritissimum, ne meus repentinus ad meos necessarios adventus, suspitioni aliquid afferret, si essem commoratus. Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod est promontorium agri Rhegini, venti detulissent; ab eo loco conscendi, ut transmitterem: nec ita multum profectus, rejectus austro sum in eum ipsum locum, unde conscenderam, cumque intempesta nox esset, mansisseque in villa P. Valerii, comitis & familiaris mei, postridieque apud eundem, ventum exspectans, manerem: municipes Rhegini complures ad me venerunt: ex his quidam Roma recentes: à quibus primum accipio M. Antonii concionem: quæ ita mihi placuit, ut ea lecta, de reverentia primum coepim cogitare. nec multò post edictum Bruti affertur, & Crassii, quod quidem mihi, tota scè quod eos etiam plus reip. quàm familiaritatis gratia, dili. o. plenam æquitate videbatur. Addebant præterea (sit enim plerumque, ut ii, qui boni quid volunt afferre, affingant aliquid, quo faciant id, quod nuntiant, Jovius) 1 rem convenitur: Kalendis Sextilibus senatum frequentem fore: Antonium, repudiatis malis suavoribus, remisit Gallis provinciis, ad auctoritatem senatus esse rediturum. Tum verò tanta sum cupiditate incensus ad reditum, ut mihi nulli neque remi, neque venti fastidirent: non quo me ad tempus occursum putarem, sed ne tardius, quam euperem, reip. gratularet. Atque ego celeriter Vellam deVectus, Brutum vidi, quanto meo dolore, non dico, turpe mihi ipsi videbatur, in eam urbem me audere reverti, 2 ex qua Brutus cederet: & ibi velle turd esse; ubi ille non posset. Neque verò illum similiter, atque ipse eram, commotum esse vidi, erectus enim maximi, ac pulcherrimi facti conscientia, nihil de suo casu, multa de nostro querebatur. Ex quo primum cognovi, quæ Kalendis Sextilibus in senatu misit L. Pisonis oratio: qui quamquam parum erat (idem ipsum à Bruto audieram) à quibus debuerat, adjunctus: tamen & Bruti testimonio (quo quid potest esse gravius?) & omnium predicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Hunc igitur ut sequeretur, properavi, quem præsentem non sunt secuti: non ut proficerem aliquid (neque enim sperabam id, neque præstare poteram) sed ut, si quid mihi humanitas accidisset (muta autem impendere videbantur præter naturam etiam, præterque fatum) hujus dici vocem testem reip. reliquerem meæ perpetuæ erga se voluntatis. Quoniam utriusque consilii causam, P. C. probat: in vobis esse confido, prius quam de republ. dicere incipio, pauca querat de hesterna M. Antonii injuria, cui sum amicus; 3 idque me nonnullo ejus officio debere esse, præ me semper tuli. Quid tandem erat causa, cur in senatum hesterno die tam acerbe cogere? solusne aberam? an non sæpe mihi, frequenter fuisset? an ea res agebatur, ut etiam ægros deferri oporteret? Annibal, credo, erat ad portas: aut de Pyrrhi pace agebatur: ad quam causam etiam Appium illum & cæcum, & senem, delatum esse memoria proditum est. De supplicationibus referebatur: quo in genere senatores deesse non solent. coguntur enim non pignori- bus, sed eorum, quorum de honore agitur, gratia; quod idem

fit, cum de triumpho refertur. Ita sine cura consules sunt, ut præne liberum sit senatori non adesse, qui cum mihi mos notus esset, cumque de via languerem, & mihi met displicerem, nisi, pro amicitia, qui hoc ediceret. At ille, vobis audientibus, cum fabris se domum meam venturum esse dixit. Nimis iracundè hoc quidem, & valde intemperanter, cuius enim maleficii ista pœna est, ut dicere in hoc ordine auderet, se publicis operis disturbatarum publice ex senatus sententia edificatam domum? quis autem unquam tanto damno senatorem coëgit? aut quid esset ultra pignus, aut multam? qui si scisset, quam sententiam dicturus essem, remisisset aliquid profecto de severitate cogendi. An me censeis, P. C. quod vos in viti secuti estis, decreturum fuisse, ut parentalia cum supplicationibus miscerentur? ut in expiabilibus religiones in temp. inducerentur? ut decernerentur supplicationes mortuorum? 4 nihil dico, cui. Fecerit ille L. Brutus, qui & ipse regio dominatu temp. liberavit, & ad similem virtutem, & simile factum stuprem in prope quingentesimum annum propagavit: adduci tamen non possem, ut quemquam mortuum conjungerem cum deorum immortalium religione: 5 ut, cujus sepulcrum usquam esset, ubi parentetur, ei publice supplicetur. Ego verò eam sententiam dixissem, patres conscripti, ut me adversus populum R. si quid accidisset gravior reip. casus, si bellum, si morbus, si fames: facile possem defendere: quæ partim jam sunt, partim timeo ne impendant. Sed hoc ignoscant dii immortales, velim, & populo Rom. qui id non probat huic ordini, qui decrevis in viti. Quid? de reliquis reip. malis licetne dicere? mihi verò licet, & semper licet dignitatem tueri, mortem continere. potestas modò veniendi in hunc locum sit: dicendi periculum non recuso. Atque utinam, P. C. Kalendis Sextilibus adesse potuissem: non quo profici potuerit aliquid: sed ne unus modò consularis, quod tum accidit, dignus illo honore, dignus rep. inveniretur. Quæ quidem ex re magnum accipio dolorem, homines amplissimis populi R. beneficiis usos, L. Pisonem, ducem optimæ sententiæ non secutos. Idcirco nos populus R. consularis fecit, ut in altissimo, amplissimoque gradu dignitatis locati, temp. pro nihilo haberemus? non modò voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne vultu quidem assensus est. Quænam (malum) est ista voluntaria fer- vitus? fuerit quædam necessaria. nec ego hoc ab omnibus iis desidero, qui sententiam loco consulari dicunt, alia causa est eorum, quorum silentio ignosco: alia eorum, quorum vocem requiro, quos quidem doleo in suspensionem P. R. venire, non metu, quod ipsam esset turpe, sed alium alia de causa deesse dignitati lux. Quare primum maximas gratias & habeo, & ago L. Pisoni, qui non, quid efficere posset in rep. cogitavit, sed quid ipse facere deberet: deinde à vobis, P. C. peto, ut, etiam si sequi minus audebitis orationem, atque auctoritatem meam, benignè tamen me, ut fecistis adhuc, audiatis. Primum igitur acta Cæsaris fer- vanda censeo: non quòd probem: quis enim id quidem potest? sed quia rationem habendam maxime arbitror pacis, & civi. Vellem adesset Antonius, modò sine advocatis, sed, ut opinor, licet ei minus valere: quod mihi heri per illum non licebat. doceret me, vel potius vos, P. C. quem admodum ipse Cæsaris acta defenderet. An in commentariolis, & chirographis, & libellis se uno auctore prolatis; ac ne prolatis quidem, sed tantummodo dictis, acta Cæsaris firma

1. Non est vitiosum. Hand aliter Pal. fec. non ut antea vulgare interpretatur. Sic Livius lib. xxx. ac ipse facit sapus alio ceteroque agitanti- bus, rem vitiosam videatur Ferrarius.  
2. Ex qua Brutus cederet. Sic Pal. fec. primas enim excederet vulg.  
3. Idque me nonnullo ejus officio debere esse. Ita & nostris, n. i. e. Lambinus & Manutius, qui esse mutarunt in etiam adducti conjectura. Ferrarius, quod idem velim super voce dicitur, quam mutarunt in et dicitur, præter omnes libros.  
4. Nihil dico cui. Est à conjectura Ferrarii, confirmata deinde exemplacibus veteribus, & accedunt Pallian quibusque.

5. Ut scilicet sepulcrum usquam esset. Ita alibi legi, est ad oram ed. Lambini, sicque Mauric ac S. V. & membranæ rectè. tangit morem Romanum. Dicit enim supplicatur, ut Romulo, cujus nusquam sepulcrum, ac viti illustribus ad sepulcrum, cuiusque parentabant, ut Tacito, alius, &c.  
6. Quid ipsum esset turpe. Habebat & situd Pall. fec. & S. V. & tunc Maur. & P. non ut vulgatur est.  
7. Non quid sperare posset in republ. agitavit. Malim accedere m. l. in: Ferrarius in quibusque quid in temp. agitavit.

firma erunt: quæ ille in æs incidit, in quo populi iussa, perpetuasque leges esse voluit, pro nihilo habebuntur?  
 17. Equidem sic existimo: nihil tam esse in actis Cæsaris, quam leges Cæsaris. An, si cui quid ille promissit, id erit fixum quod idem facere non potuit? ut multis multa promissa non fecit, quæ tamen multo plura reperta sunt, illo nostro, quam vivo beneficia per omnes annos tributa, & data, sed ea non muto, non moveo: summo etiam studio præclara illius acta defendo. pecunia unam ad opis maneret; eruenta illa quidem, sed his temporibus, cum iis, quorum est, non redditur, necessaria, quanquam ea quoque sit effusa, si ita in actis fuit. *Ecquid est, quod tam proprie dici possit, actum ejus, qui togatus in rep. cum potestate, imperioque versatus sit, quam lex?* Quære acta Gracchi, leges Sempronie proferentur. quare nulla? Cornelia? quid? Cn. Pompeji tertius consulatus in quibus actis continitur? nempe in legibus à Cæsare ipso si quæreret, quidnam egisset in urbe, & toga: leges multas responderet se, & præclaras tulisse. *Chirographa vero aut mutaret; aut non daret: aut si dedisset, non illas res in actis suis duceret.* Sed ea ipsa concedo: quibusdam in rebus etiam conniveo: in maximis vero rebus, id est, legibus acta Cæsaris dissolvi, ferendum non puto. *Quæ lex est melior, utilior, optima etiam rep. sapius flagitata, quam ne prætorie provinciæ plus quam annuum, neve plus quam biennium consulares obtinerentur?* Hæc lege sublata, videntur vobis acta Cæsaris servari? quid? ea lege, quæ promulgata est de tertia decuria judicum, nonne omnes judicaria leges Cæsaris dissolvuntur? Et vos acta Cæsaris defenditis, qui leges ejus evertitis? nisi forte, si quid memorie causa retulerit in libellum, id numerabitur in actis, & quamvis iniquum, & inutile sit, defendetur; quod ad populum centuriatis comitiis tulit, id in actis Cæsaris non habebitur. At quæ est ista tertia decuria? Centurionum, inquit. Quid? isti ordini judicatus lege Julia, etiam ante Pompeja, Aurelia non patebat? Censuræ præfiebatur, inquit. Non centurioni quidem solum, sed equiti etiam Romano. Itaque viri fortissimi, atque honestissimi, qui ordines duxerunt, res & judicant, & judicaverunt. Non quæro, inquit, istos. quicumque ordinem duxit, judicet. At si ferretis, quicumque equo meruisset, quod est laudatius, nemini probaretis. In *JUDICIA* enim spectari & fortuna debet, & dignitas. Non quæro, inquit, ista: addo etiam judices manipularis ex legione Alaudarum. aliter enim nostri negant posse se salvos esse. O contumeliosum honorem iis, quos ad judicandum nec opinantes vocatis! hic enim est legis index, ut in tertia decuria judicent, qui liberè judicare non audeant. in quo quantum est error, dii immortales, eorum, qui istam legem extogitaverunt? ut enim quisque fordidissimus videbitur, ita libentissimè *severitate judicandi* sordis suæ eluet; laborabitque, ut honestis decuriis potius dignus videatur, quam in turpibus juræ conjectus. Altera promulgata lex est, ut & de vi, & de *majestate* damnati ad populum provocent, si velint. Hæc utrum tandem lex est, an legum omnium dissolutio? quis enim est hodie, cujus inter sit istam legem servare? nemo scus est istis legibus; nemo est, quem futurum putemus. *ARMIS* enim gesta, nunquam profectò in judicium vocabuntur. At res popularis. Utinam quidem vellet is aliquid esse populare. omnes enim jam cives de reipub. salute una

& mente, & voce consentiant. Quæ est igitur ista cupiditas ejus legis ferendæ, quæ turpitudinem summam habeat, gratiam nullam? quid enim turpius, quam qui majestatem populi Rom. per vim minuerit, eum damnatum judicio, ad eam ipsam vim reverti, propter quam sit jure damnatus? Sed quid plura de lege disputo? quali verò id agatur, ut quisquam provocet, id agitur, id fertur, ne quis omnino unquam istis legibus reus fiat. Quis enim aut acculator tam amens reperietur, qui reo condemnato, obijci se multitudini conductæ velit? aut iudex, qui reum damnare audeat, ut ipse ad operas mercenarias statim protrahatur? Non igitur provocatio ista lege datur: sed dux maxime salutare leges, quaestionesque tolluntur. 3. Quid est aliud igitur, *adhocari adolescentis*, ut turbulenti, ut seditiosi, ut perniciosi cives velint esse? quam autem ad reipub. pestem furor tribunicius impelli non poterit, his duabus quaestionibus, de vi, & de majestate, sublatis? 4. Quid, quod obrogatur? legibus Cæsaris, quæ jubent, ei, qui de vi, itemque ei, qui majestatis damnatus sit, aqua & igni interdici? quibus cum provocatio datur, nonne acta Cæsaris rescinduntur? Quæ quidem ego, Patres conscripti, qui illa nunquam probavi, ita conservanda concordia causa arbitrari sum, ut non modo, quas vivus Cæsar leges tulisset, infirmandas hoc tempore non putarem, sed ne illas quidem, quas post mortem Cæsaris prolatas esse, & fixas videris. De exilio rediisti à mortuo: *civitas data* non solum singulis, sed nationibus, & provinciis universis à mortuo: immortalibus iniunctis subiecta vestigalia à mortuo. Ergo hæc uno viro optimo auctore *domo prolata* defendimus: eas leges, quas ipse, vobis inspectantibus, recitavit, pronuntiavit, tulit, quibus latis gloriabatur, isque legibus temp contineri putabat, de provinciis, de iudiciis, eas, inquam, Cæsaris leges, nos, qui defendimus acta Cæsaris, evitandas putabimus? Ac de istis tam legibus, quæ promulgatae sunt, saltem queri possumus: de iis, quæ jam lata dicuntur, ne illud quidem scit, illæ enim nulla promulgatione latae sunt ante quam scriptæ. Quærunt quid sit, cur aut ego, aut quisquam vestrum, P. C. bonis tribunis pl. leges malas nectat, paratos habemus, qui *intercedant*; paratos, qui tempus, religione defendant: vacui metu esse debemus. Quas tu mihi, inquit, intercessiones, & quas religiones? Eas scilicet, quibus reip. salus continetur. Negligimus ista, & nimis antiqua, & *stulta ducimus*. forum sapientur: omnes clauduntur aditus; armati in prædiis multis locis collocebantur. Quid tum? 6. Quod erit ita gestum, id lex erit, & in æs incidit videbitur. cedo illa legitima: *CONSULES POPULUM JURE ROGAVERUNT* (hoc enim à majoribus acceptum jus rogandi) *POPULUSQUE JURIS CIVIT.* Qui populus? isne, qui exclusus est? quo jure? an eo, quod vi, & armis omne sublatum est? Atque ego hoc dico de *juris*, quod est amicorum, antè dicere ea, quæ vitari possunt: quæ si facta non erunt, reselletur oratio mea. Loquer de legibus promulgatis: de quibus est integrum vobis, demonstro vitia: tollite. 7. denuntio vim, arma: remoyete. Irasci vos quidem mihi, Dolabella, pro rep. dicenti, non oportebit, quamquam te quidem, id facturum non arbitror. novi enim facilitatem tuam. collegam tuum ajunt in hac sua fortuna, quæ bona ipsi videtur; mihi, ne gratius quippiam dicam, avorum, & avunculi sui consula-

1. Fixum quod idem facere non potuit? Securus sum distinctionem Turnebi, quam habet lib. xv. Adverf. cap. 2.  
 2. In actis suis duceret. Pal. sec. & S. Vict. Maur. P. alteri, rectè. respondens enim facit Antonio Cæsarem.  
 3. Quid est aliud igitur, *adhocari*. Ejecl. quem jussu S. Vict. & sec. quibus auctoribus adhuc poterat extorbari igitur.  
 4. Quid quod obrogatur legibus Cæsaris. Habent & istud Pal. quoque sec. ac S. Victoris, non, ut antea publicati, *abrogatur* his legibus.  
 5. Quæ religiones? *Eas, &c.* Sic Pall. nostri, & Maurie. item P. sine verbo *nomina*, quod jure tolli jussit Ferrarius.

6. Quæ erit ita gestum, id lex erit? & in æs incidit videbitur. Securus sum Gulielmum, qui istud repererat in fragmento Coloniensi atque libro S. Victoris: neque alter Pal. sec. vulgo erat, *subiectis*. minus rectè. non enim Senatus id iudicium erat; neque expectaretur Antonius iussu Senatus, quod ipsum omnino præcedunt, & præcedentia & sequentia.  
 7. Denuntio vim, arma: remoyete. De hac distinctione optimus viro rum P. Victorius lib. xxxi. cap. 13. in quem dum heic invehit Lam- binus Lycabets armis, ostendit quam sit animi pullus. in O nullius

tum si imitaretur, fortunatior videretur: sed eum iracundum audio factum. Vides autem, quā sit odiosum habere iratum eundem, & armatum, cum tanta praesertim gladiatorum sit impunitas. sed proponam jus, ut opinor, & quum, quod M. Antonium non arbitror repudiaturum. Ego, si quid in vitam ejus, aut in mores contumeliosè dixerò, quo minus mihi iniuicissimus sit, non recusabo. sin consuetudinem meam, quam in republ. semper habui, tenuero, id est, si liberè quæ sentiam, de rep. dixerò: primum deprecor, ne irascatur: deinde si hoc non impetro, peis, ut sic irascatur, ut civi. armis utatur, si ita necesse est ut dicit, sui defendendi causa: iis, qui pro rep. quo ipsi visa erunt, dixerint, ista arma ne noceant. Quid hac postulatione dici potest æquius? Quod si, ut à quibusdam mihi ejus familiaribus dictum est, omnis eum, quæ habetur contra voluntatem ejus, oratio, graviter offendit, etiam si nulla inest contumelia: teremus amici naturam, sed idem illi ita mecum, Non idem tibi adversario Cæsaris sicebit, quod pisoni, scero. & simul admonent quiddam, quod cavebimus: nec erit justior, P. C. in senatum non veniendi morbi causa, quàm mortis. Sed per deos immortales, te enim intuens, Dolabella, qui es mihi carissimus, non possum de utriusque veitrum errore reticere. Credo enim vos, homines nobiles, magna quadam spectantem, non pecuniam, ut quidam nimis creduli suspicantur, quæ SEMPER ab amplissimo quoque, clarissimoque contenta est, non opes violentas, & populo R. minime terendam potentiam, sed caritatem civium, & gloriam concupiscit. Ea autem est GLORIA, laus rectè factorum, magnotumque in temp. meritorum: quæ cum optimi cujusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur. Dicerem, Dolabella, qui rectè factorum fructus esset, nisi te paullisper esse expertum viderem. Quem potes recordari in vita tibi illuxisse diem lætorem, quam cum, expiato foro, dissipato concursu impiorum, principibus sceleris 2. pœna affectis, te domum recepisti? ejus ordinis, ejus generis, ejus denique fortuna studia tui laudis, & gratulationis tuæ non obtulerunt? Quin mihi etiam, quo auctore in iis te tuo arbitrabantur, & gratias boni viri agebant, & tuo nomine gratulabantur. Recordare, quæto, Dolabella, consensum illum theatri, cum omnes earum rerum oblii, propter quas tibi fuerant infensi, significaverunt, se NOVO BENEFICIO memoriam veteris doloris abjecisse. Hanc tu, Dolabella, magno loquor eum dolore hanc tu, inquam, animo æquo potuisti tantam dignitatem deponere? Te autem, M. Antoni, (absentem appello) unum illum diem, quo in æde Telluris senatus fuit, non omnibus iis mensibus, quibus te quidam multum à me dissentientes, beatum putant, anteponis? quæ fuit oratio de concordia? quanto metu veterani, quanta sollicitudine civitas tum à te liberata est? Tuum collegam, depositis inimicitiis, oblitus auspiorum, auguria te ipso augure nuntiante, illo primum die collegam tibi esse voluisti: reip. tuus parvulus filius in Capitolium à te missus pacis obfus fuit. 3. quo senatus die lætior? quo populus R. qui quidem nullam in concione umquam frequentior fuit, tum denique liberati per viros fortissimos videbamur; quia, ut illi voluerant, libertatem pax sequebatur. Proximo, altero, tertio, reliquis

consecutis diebus, non intermittebas quasi donum aliquod quotidie afferere reipub. maximum autem illud, quod dictaturæ nomen sustulisti. hæc iniusta est à te, à te, inquam, mortuo Cæsari nota ad ignominiam semper eternam. Ut enim propter unius M. Manlii scelus, decreto gentis Manliæ, neminem patricium M. Manlium vocari licet: sic tu propter unius dictatoris odium, nomen dictatoris funditus sustulisti. Num hujusce, cum pro salute reipub. tanta gestiffes, fortunæ te, nam amplitudinis, nam claritatis, nam gloriæ præmittebas? Unde igitur subito tanta ista mutatio? non possum adduci, ut suspicer, te pecunia captam, LICET, quod cuique liber, loquatur, credere non est necesse. nihil enim umquam in te sordidum, nihil humile cognovi. quamquam nihil est tam sanctum, quod non soleant domesticus depravare nonnumquam: sed novi firmitatem tuam, atque utinam, ut culpam, sic etiam suspicionem vitare potuiffes. Illud magis vereor, NEJENORANS verum iter gloriæ, gloriosum putes, plus te unum posse, quàm omnis: & metui à civibus tuis, quàm diligere malis, quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ. CARUM esse civem, bene de rep. mereri, laudari, coli, diligere, gloriosum est. metui verò, & in odio esse, invidiosum, detestabile, imbecillum, caducum. Quod videmus etiam in fabulis, ipsi illi, qui 34. Oulerint, dum metuant, dixerit, perniciosum fuisse. Utinam, Antoni, avum tuum meminiffes: de quo tamen multa audisti ex me sæpissimè. Putasne illum immortalitatem mereri? voluisse, ut propter armorum habendorum licentiam metuere tur illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum ceteris, principum dignitate. Itaque, ut omitam res avi tui prosperas, acerbissimum ejus diem supremum malum, quàm L. Cinnæ dominatum, à quo ille crudelissimè est interfectus. Sed quid oratione te flectam? si enim exitus C. Cæsaris efficere hoc non potest, ut malis carus esse, quàm metui, nihil cujusquam proficiet, nec valebit oratio, quem qui beatum fuisse putant, miserimi ipsi sunt. BEATUS est nemo, qui ea lege vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa intersectoris gloria interfici possit. Quare flecte te, quæto, & majores tuos respice, atque si gubernata rep. ut natum esse te cives tui gaudeant: sine quo nec beatus, nec clarus nec unctus quisquam esse enim potestate potest. Et populi quidem Rom. judicia multa ambo habetis. 7. quibus non satis moveri permoleste reo. Quid enim gladiatoribus clamores innumerabilium civium? 8. quid populi concursus? quid Pompeii statua plausus infimè? quid iis tubulis pleb. qui vobis adversantur? parumne hæc significant, incredibiliter contententem populi Rom. universi voluntatem? Quid? Apollinariarum ludorum plausus, vel testimonia potius, & judicia populi Rom. vobis parva videbantur? O beatos illos, qui cum adesse ipsis propter vim armorum non licebat, aderant tamen, & in medullis populi Rom. ac visceribus habebant. nisi forte Accio tum 9. plaudis, & sexagesimo post anno palmam dari putabatis, non Bruto; qui ludis suis ita caruit, ut in illo apparatissimo spectaculo studium populus Rom. tribuerit absenti, desiderium liberatoris sui perpetuo plausus, & clamore lenierit. Equidem is sum, qui istos plausus, 37. cum à popularibus civibus tribuerentur, semper contem-

1. Nisi te paullisper esse expertum te viderem. ) Lambinus & Manucius alia interpretantur: sed ita nulli m. n. nostro, ita nulli veteris impressi.  
 2. Pœna affectus, & domum. ) Idem intertextum habent, nisi verbe ing. adis & cadu metu liberata, & domum, præter vet. nostras & olim editas.  
 3. Gratulationi tuæ se non obtulerunt? ) Illi enim amplius, tua defuerunt, & se non obtul. non male, nisi invenissem in Pal. pr. gratulationi tuæ se non obtulerunt? quod mihi genuinum magis videretur; ut cetera scilicet faceret ab interprete.  
 4. Tibi fuerat obfus. ) Ita m. n. nostri quatuor & vetus editio, postea vulgata infus.  
 5. Memoriam patricium M. Manlium vocari licet. ) Delet Ferrarius Manlium. Gohelmus transponit solummodò, neminem patricium Manlium vocari licet.

6. Nec clarus, nec unctus quisquam esse unquam potestate potest. ) Hæc est lectio Vaticani codicis. Muretos unctus mutat in unctus, non culpo. at vulgata, nec clarus esse quisquam potest. Lambinus, heic est Lambinus, interpolat faciem pulcrum merdoso facio. videatur tamen Turnebus lib. xv. Adverbi cap. 2.  
 7. Quibus non satis moveri permoleste reo. ) Abjeci pronomen vos fide Pall. duorum, exemplum quo S. Victoris.  
 8. Quid populi concursus. ) Ita è suis Ferrarius, sed non displicet mihi reliquorum nisi item autorum lectio resus. Pal. quidem sec. agno scit concursus, sed id depravari potius potuit & resus, quam ut mutari debuere in concursus.  
 9. Plaudis & sexagesimo post anno palmam dari putabatis non Bruto. ) Pal. sec. plaudis sexagesimo post anno, & palmam dari non putabatis Bruto.

serim: idemque cum à summis, mediis, infimis, cum denique ab universis hoc idem sit, cumque ii, qui ante sequi populi consensum solebant, fugiunt; non plautum illum, sed judicium puto. Sin hæc leviora vobis videntur, quæ sunt gravissima num etiam hoc contemnitis, quod sensistis, tam eam populo Rom. vitam A. Hirtii fuisse? satis enim erat probatum illum esse populo Rom. ut est; jucundum amicis, in quo vincit omnes: carum suis, quibus est carissimus; tantam tamen sollicitudinem bonorum, tantum *timorem omnium* in quo meminumus? certe in nullo. Quid igitur? hoc vos, per deos immortalis, quale sit, non interpretamini? quid eos

de vestra vita cogitare censetis, quibus eorum, quos sperant reip. consulturos, vita tam cara sit? Cæpi, P. C. reverentis meæ fructum; quoniam ea dixi, ut, quicumque casus consecutus esset, exstaret conscientia meæ testimonium; & sum à vobis benignè, ac diligenter auditis. Quæ potestas si mihi sapius sine meo, vestroque periculo fiet, utat, si minus, quantum poterò, non tam mihi me, quam reip. referabo. Mihi ferè satis est, quod vixi, vel ad ætatem, vel ad gloriam, huc si quid accesserit, non tam mihi, quam vobis, reique publ. accesserit.

## M. TVLLII CICERONIS

IN

## M. ANTONIVM

## PHILIPPICA SECVNDA.

## ORATIO QVADRAGESIMA QVARTA.



UONAM meo fato, P. C. fieri dicam, ut nemo his annis viginti reip. hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit? Nec verò necesse est à me quemquam nominari, vobis cum ipsi recordamini, mihi pœnarum illi plus, quam optarem, dederunt. Te miror, Antoni, QUORUM FACTA imitere, eorum exitus non perhorrescere. Atque hoc in aliis minus mirabar. nemo illorum inimicus mihi fuit voluntarius: omnes à me reip. causa, lacestisti, tu, ne verbo quidem violatus, ut audacior, quam L. Catilina, furiosior, quam P. Clodius, videre, ultro maledictis me lacestisti: 1 tuamque à me alienationem tibi ad civis impios gloria fore putavisti. Quid putem? *conseruamne* me? non video nec in vita, nec in gratia, nec in rebus gestis, nec in hac mea mediocritate ingenii, quid displicere possit Antonius. An in senata facillimè de me detrahi posse credidit? qui ordo clarissimis civibus bene gesta reip. testimonium multis, mihi uni conservata dedit? An decertare mecum voluit contentione dicendi? hoc quidem beneficium est, quid enim plenus, quid uberius, quam mihi & pro me, & contra Antonium diceret? Illud profectò est, non existimavit, sui simili probari posse, se esse hostem patriæ, nisi mihi esset inimicus. Cui prius quam de ceteris rebus respondeo: de amicitia quam à me violatam esse criminatus est, quod ego gravissimum *crimen* judico, pauca dicam. Contra rem suam venisse me nescio quando questus est. An ego non venirem contra alienum pro familiari, & necessario meo? non venirem contra gratiam, 2 non virtutis specie, sed ætatis flore collectam? non venirem contra injuriam, quam iste intercessoris iniquissimi beneficio obtinuit, non jure prætorio? Sed hoc idcirco commemoratum à te puto, ut te in summo ordini commendares, cum te omnes recordarentur libertini generum, & liberos tuos, nepotes Q. Fadii, libertini hominis, fuisse. At enim te in disciplinam

meam tradideras: (nam ita dixisti) domum meam ventituras. Næ tu, si id fecisses, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ consulisses, sed nec fecisti, nec, si cuperes, tibi id per C. Curionem facere licuisset. Auguratus petitionem mihi concessisse dixisti. O incredibilem audaciam! ò impudentiam prædicandam! Quo enim tempore me auguram à toto collegio expectum Cn. Pompejus, & Q. Hortensius nominaverunt (neque enim licebat à pluribus nominari) tu nec solvendo eras, nec te ullo modo, nisi eversa rep., *incolorem* fore putabas. Poteras autem eo tempore auguratum petere, cum in Italia Curio non esset? aut tum, cum es factus, unam tribum sine Curione ferre potuisses? cujus etiam familiares de vi condemnati sunt, quod tui nimis studiosi fuissent. At beneficium sum usus tuo. Quo? quamquam illud ipsum, quod commemoras, semper præ me tuli. MALUI me tibi debere confiteri, quam cuiquam minus prudenti non satis gratis videri. Sed quo beneficio? quod me Brundisium non occideret? quem ipse victor, qui tibi ut tute gloriari solebas, detulerat ex latronibus suis principatum, salvum esse voluisset in Italiam ire jussisset, cum tu occideres? Fac potuisse, quod est aliud, P. C. beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, tuis se dedisse vitam, quibus non ademerint? Quod si esset beneficium, numquam ii, qui illum interfecerunt, à quo erant servati, quos tu ipse viros clarissimos appellare soles, tantam essent gloriam consecuti. QUARE autem beneficium est, quod te abstineris nefario scelere? qua in re non tam jucundum videri mihi debuit, non interfectum à te, quam miserum, id te impunè facere potuisse. Sed sit beneficium, quandoquidem 3 majus accipi à latrone nullum potuit: in quo potes me dicere ingratum? an de interitu reip. queri non debui, ne in te ingratus viderer? Nam in illa querela, misera quidem, & luctuosa, sed mihi pro hoc gradu, in quo me lenatus, populisque Rom. collocavit, necessaria, quid est dictum à me cum contumelia? quid non moderatè?

quid

1. *T*amquam ad me alienationem, tibi ad civis impiorum gloria fore putasti. Retinui lectionem vulgaram; quæ item restat in Pal. pr. Ferrarini emendatio, alienationem, cum me ad civem tibi ad imp. civ. fore putavisti, respicit sane glossam, alteraque eandem valet.

2. *Non virtutis specie.* Pal. sec. atque Mauritanus *virtutis spe.* neque aliter exemplar S. Victoris.  
3. *Majus à latrone accipi nullum potuit.* M. Liliensis à latronum principibus; quod non male ita respondet, quæ præcellerunt.

I. Quid